(23)

Viro Clarissimo Experientissimoq

DD J. C. MUTIS

s. pl. d.

Car. Linné

Datas a Te die 24 Septembr 1764 literas, ante
octiduum rite accepi et magnopere ex his
excitatus et exhillaratus fui; continebant au-
tem illæ pulcherrimam iconem Corticis Chi-
næ, una cum foliis et Floribus, qui flores
a me antea numquam visi, veram de-
dere ideam Generis rarissimi, quam vidi
longe aliam accepi, quam e figuris Dni
Condamini. Pro his omnibus a singulis
gratissimam mentem reddo.
Si in posterum me Tuis beare non grave
duceas, oro quod titulus epistolæ inscribatur
Societati Regiæ Scientiarum Upsaliæ
et tum eas habebo certissime, et quidem
absq impensis; pro hac tua ultima debui
solvere tabellario integrum ducatum belgicum.

Hiſce diebus primum typum ſubit Systematis Naturæ editio nova, quæ fere duplo auctior erit prioribus. primus tomus continet ultra 6000, animalia et ſic in ceteris; ſpero hanc editionem intra annum fore abſolutam. Si habeas quicquam, quod augeat hanc collectionem quæſo juſto tempore communices et videbis ad ſingula honorificam tuam mentionem factam.

Literas has mitto ſub involucro ad D. Bellman, cum neſciam alias quæ viâ ad Te certo deferantur, cum meas Te non accepiſſe præter ultimas, ex Tuis video.

Theam jam alo vivam et forte unicus ac primus in tota Europa.

Rhabarbarum verum officinarum eſt meum Rheum palmatum, quod jam alo in horto.

Actæam cimicifugam etiam accepi, quæ teterrima omnium, viribus gaudet repellendi pro omnibus delectus, feminis

Viro Clarissimo
DD. J. C. Mutis